# Callida cōnsilia dē fasciculō Taureātōre gerendō

Quamquam multī sunt modī huius fasciculī gerendī, hīc cōnsilia dantur quae tibi prōfuerint.

## CŌNSILIA GENERĀLIA

### Prīmō lūdō

Possīde vampȳrum māximae capācitātis cum superiōre Commōtiōnis gradū ex līberā regiōne, quī chartam *Cognātōrum fascinandōrum* superiōre gradū mittat, ut duās sanguinis guttās iūniōrī vampȳrō tuae līberae regiōnis addat. Hīs sanguinis guttīs et trānsfūsiōnibus frequentēs vampȳrōs exiguō stillārum sanguinis sūmptū cito possīdere poteris.

### Mediō lūdō

Cum prīmum trēs vampȳrōs in mēnsā possidēbis, quōslibet hōrum āctuum incipitō:
**Āctūs sanguinis mittendī:** chartā *Cognātōrum fascinandōrum* aut vampȳrōrum āctibus innātīs sanguinem mitte. Sī praeda āctuī obstāre recūsat, dēmūtātrīcem *Ostentātiōnis animī ēlātiōnis* mitte, quae sanguinis missiōnem augeat.
**Āctūs cīvīlēs:** tālēs chartās mitte (*Dē pecore contendendī* vel *Aequālitātis mūtandae*) ad praedam infirmandam.

### Postrēmō lūdō

Sī iam duo Mathusalae et tū reliquī estis, cūrā ut adhūc chartās tibi satis stillās sanguinis dantēs mittere possis, quō melius missiōnibus sanguinis et āctibus cīvīlibus eōrum resistās:

- Sī praeda plūrēs sanguinis stillās quam tū habet, chartam *Aequālitātis mūtandae* mitte ut suās minuās et tuās augeās.
- Sī praeda minus stillās sanguinis quam tū habet, sanguinem eī mitte vel chartam *Dē pecore contendendī* ut eam ā lūdō exclūdās.

## CŌNSILIA SPECIĀLIA

### Quōmodo āctūs peragās?

Quia āctūs tuī aut nūllō (sanguinis mittendī) aut aliō gradū (cīvīlēs) cēlantur, propereā aliquis eīs facile obstāre potest. Itaque aliquot modī tibi sunt āctuum māximī mōmentī peragendōrum:
**Āctūs ōrdinā:** prīmum āctūs nūllīus mōmentī et deinde āctūs māximī incipitō.
**Multōs āctūs incipe:** ubi āctibus nūllīus mōmentī obstiterint, *Māiestātem* superiōre gradū in pugnā mittitō, ut vampȳrus agēns ērigātur, quī tunc alium āctum (exemplī grātiā, cīvīlem, sī anteā sanguinem mīserat, aut versā vice) incipere poterit.
**Tē cēlā:** āctum oblīquum aliō gradū cēlāre potes chartam magistrī *Āleātōriī mōnstrōrum*, āctū nūntiātō, vertendō. Dēmūtātrīcem *Resistendī tellūris manibus* superiōre gradū in quōvīs āctū mitte ad eum aliō gradū cēlandum vel *Speciminis absolūtī*, ut sociōrum et iūniōrum vampȳrōrum intercipiendī facultātem gradū minuās.
**Ministrōs verte:** cum vampȳrus ērēctus ā praedā possessus inter suffrāgium tabellās mīserit, *Linguam acūtam* mittere poteris ad eum vertendum, sī brevī āctūs praedam laedentēs inceptūrus.
**Āctūs expeditē incipe:** chartam magistrī *Taureātōrum magnae saltātiōnis* eā vice mitte, quā vīs nūllōs ministrōs āctuī cīvīlī māximī mōmentī obstāre, ac Taureātōrem vīlissimum verte ut charta opus suum efficiat.

### Dē rē pūblicā bene gerendā

Antequam āctum cīvīlem incipiās, memor estō numerī tabellārum singulōrum Mathusalārum, nam auxiliō Mathusalae dēcussātim sedentis egueris ut rogātiō iubeātur. Itaque pactiōnem cum Mathusalā dēcussātim sedente facere oportuerit, quae eī prōsit, ut is igitur rogātiōnem suādeat.

### Quōmodo tē ipsum tūtēris?

**Ā missiōnibus sanguinis:** tantum āctibus sanguinis mittendī ā Mathusalā Tremāriō vel Ventruō inceptīs obstāre cōnāre. Nōlī autem missiōnibus sanguinis Mathusalae Malcaviānī obstāre cōnāre, quia ita eī nōn licēbit chartās āctum cēlantēs mittere, quibus aliquandō manus eius impediētur.
**Stillās sanguinis acquīre:** multās sanguinis stillās hīs chartīs et effectibus acquīrēs: *Mancipiō* (nōlī nimiās sanguinis guttās sūmere, quia tuīs vampȳrīs necessāriae ad chartās mittendās erunt), *Aequālitātem mūtandō*, *Grātiā cōnsanguineā*, *Suffrāgātōrem capiendō* et *Mūseō artium*.
**Quibus āctibus obstāre oportet?:** quia facultātem intercipiendī rārō augēre potes, propereā tibi suādēmus ut āctibus māximī mōmentī tantum obstēs: āctuī *Taureātōrum magnae saltātiōnis* exūrendae, vel āctibus diūturnam intercipiendī facultātem aut praedae aut praedātōrī dantibus (*Crātērī cōnfluentis*, *Corvō explōrātōrī*, vel *Autobirotae*), vel āctibus cīvīlibus vel sanguinis mittendī quibus nimiās sanguinis stillās exūrās.
**In pugnā:** chartam pugnae *Māiestātis* mitte, ut vampȳrum ā tē possessum cum Nosferātō vel Tremāriō pugnantem tueāris. Cūrā nē pugnam cum Nosferātō Rōbore praeditō ineās.

### Quōmodo chartās manūs cūrēs?

Manus chartārum commodārum plēna rārō erit, itaque mementō tē āctum temporis dēpōnendī adhibēre posse ut chartam incommodam dēpōnās.

## FASCICULUS TAUREĀTOR

### Crypta (12 chartārum)

1 Britannus Stryker
2 Catharīna Vega
2 Flāvius Gonçalves
1 Catharīna Glens
1 Māximus Falconi
1 Min-Seo
2 Mchochēlus
1 Nīcolāus Sikko
1 Tamoszius

### Bibliothēca (77 chartārum)

4 Aequālitātem mūtāre
1 Āleātōrium mōnstrōrum
8 Cognātōs fascināre
2 Cōnsilium mūtāre
8 Dē pecore contendere
1 Ēlysium: Castellum Versāliēnse
4 Grātia cōnsanguinea
1 Iūsticārius Taureātor
4 Lepida ōrātiō
4 Lingua acūta
1 Locus vēnandī: domūs
6 Māiestās
6 Mancipium
1 Mūseum artium
2 Ostentātiō animī ēlātiōnis
8 Resistere tellūris manibus
4 Specimen absolūtum
6 Suffrāgātōrem capere
4 Taureātōrum magna saltātiō
4 Mōs secundus: rēgnum

# Epitomē lēgum Quīntae Ēditiōnis lūdī Vampire: The Eternal Struggle

## DĒ VICIS TEMPORIBUS

**1. Tempus ērigendī:** omnēs chartās tuās ērige. Sī lauream habēs, stillam sanguinis acquīrere potes.

**2. Tempus magistrī:** āctum temporis magistrī adhibē plērumque ad chartam magistrī mittendam.

**3. Tempus ministrōrum:**

- **Tuā vice:** āctūs incipe (v. EPITOMĒ ĀCTŪS) et eōs dēmūtātrīcibus dēmūtā. In pugnā chartās pugnae mitte.
- **Alīus vice:** obstāre cōnāre, chartās respondendī et pugnae mitte.

**4. Tempus persuādendī:** hōc tempore ineunte 4 trānsfūsiōnēs acquīrere solēs:

- 1 trānsfūsiōnem īnsūme ut stillam sanguinis ex conceptāculō in vampȳrum tuae līberae regiōnis trānsferās.
- 2 trānsfūsiōnēs īnsūme ut guttam sanguinis ex vampȳrō tuae līberae regiōnis in conceptāculum trānsferās.
- 4 trānsfūsiōnēs īnsūme et stillam sanguinis exūre ut vampȳrum ex cryptā in līberam regiōnem trānsferās.

**5. Tempus dēpōnendī:** āctum temporis dēpōnendī adhibē ut chartam dē manū dēpōnās (eam repōne).

## EPITOMĒ ĀCTŪS

**1. Āctum nūntiāre:** chartam agendī mitte (sī oportet) omnīnō circumscrībendō eius scopōs, impēnsam in āctum faciendam, eiusque effectūs. Deinde chartam repōne.

**2. Eventūs omnium obstantiārum statuere**

- **Cui licet obstāre..:**
  - āctuī dīrēctō?: Mathusalae prō scopō habitō.
  - āctuī oblīquō?: prīmum praedae, et deinde praedātōrī.
- **Facultātēs suī cēlandī et intercipiendī:** āctum cēlāre licet tantum sī necessārium. Ministrō obstantī facultātem intercipiendī augēre licet tantum sī necessārium.

**3. Eventum āctūs statuere**

- **Sī āctus bene cēdit:** impēnsa in āctum fac, eiusque effectūs suum opus efficiunt (v. ĀCTUUM GENERA ET EFFECTŪS).
- **Sī quis āctuī obstat:** charta agendī exūritur, minister obstāns vertitur et pugnam cōnseritur (v. GRADŪS PUGNAE).

## ĀCTUUM GENERA ET EFFECTŪS

**Sanguinem mittere:** āctus dīrēctus contrā praedam quem cuilibet ministrō parātō incipere licet ut Mathusala prō scopō habitus tot stillās sanguinis exūrat quot stillae sanguinis missae sunt. Sī plūs quam stilla sanguinis missa est, lauream acquīris.

**Vēnārī:** āctus oblīquus aliō gradū cēlātus quem cuilibet vampȳrō parātō incipere licet, ut tot guttās sanguinis ex haemothēcā acquīrat quot guttās sanguinis vēnātus est.

**Īnstruere:** āctus oblīquus aliō gradū cēlātus quem cuilibet ministrō parātō incipere licet ut:

- īnstrūmentum ipsī impōnātur (sī dē manū venit).
- quāslibet chartās īnstrūmentī ex aliō ministrō tuō in sē ipsum trānsferantur.

**Clientem condūcere:** āctus oblīquus aliō gradū cēlātus quem cuilibet ministrō parātō incipere licet ut clientem ipsī impōnat.

**Socium supplēre:** āctus oblīquus aliō gradū cēlātus quem cuilibet ministrō parātō incipere licet ut ministrum in mēnsā pōnat, quī vampȳrus nōn est.

**Āctus cīvīlis:** āctus oblīquus aliō gradū cēlātus quem cuilibet vampȳrō parātō incipere licet ut rogātiōnem ferat (v. GRADŪS ROGĀTIŌNIS).

**Ē lēthargō exsurgere:** āctus oblīquus aliō gradū cēlātus duābus sanguinis guttīs cōnstāns quem cuilibet vampȳrō lēthargicō incipere licet ut in regiōnem parātam trānsferātur.

**Vampȳrum ē lēthargō suscitāre:** āctus oblīquus quem cuilibet vampȳrō parātō incipere licet ut vampȳrum lēthargicum ā quōdam Mathusalā possessum in regiōnem parātam illīus Mathusalae trānsferat.

- Āctus oblīquus aliō gradū cēlātus, sī utrumque vampȳrum possidēs.
- Āctus dīrēctus, nisi vampȳrum prō scopō habitum possidēs.

Hic āctus duābus sanguinis guttīs cōnstat quās aut vampȳrus agēns aut suscitātus aut uterque aequē solvere potest.

**Vampȳrum lēthargicum diabolificere:** āctus quem cuilibet vampȳrō incipere licet ut vampȳrum lēthargicum exūrat.

- Āctus oblīquus aliō gradū cēlātus, sī utrumque vampȳrum possidēs.
- Āctus dīrēctus, nisi vampȳrum prō scopō habitum possidēs.

## GRADŪS ROGĀTIŌNIS

**1. Prōmulgātiō condiciōnum rogātiōnis:** sī quaevīs condiciōnēs sunt pōnendae, id nunc facitō.

**2. Suffrāgium:** Mathusalīs tabellās ita acquīrere licet:

- **Chartā āctūs cīvīlis.** Tabellam dat. Cuique Mathusalae ūnam tantum exūrere licet ut tabellam acquīrat.
- **Laureā.** Mathusala lauream gerēns potest eam exūrere ad tabellam acquīrendam.
- **Vampȳrīs dignitāte praeditīs.** Prīmōgenitus tabellam dat, prīnceps duās tabellās, iūsticārius trēs tabellās.
- **Aliīs chartīs.**

**3. Rogātiōnem perferre:** sī plūrēs tabellae U.R. sunt quam tabellae A., rogātiō iubētur et opus suum efficitur.

## GRADŪS PUGNAE

Ministrō agentī semper quōque in gradū pugnae prīmum chartās vel effectūs ante mittere licet, quam adversāriō.

**1. Antequam spatium cōnstituātur.** Chartās “antequam spatium cōnstituātur” dīcentēs mitte.

**2. Spatium cōnstituere.** Currere potes, ut aut ēminus aut comminus pugnētur.

**3. Antequam ictūs ēligantur.** Chartās “antequam ictūs ēligantur” dīcentēs mitte.

**4. Ictūs īnferre.**

**a. Ictum ēlige.** Uterque minister suum ictum ēligit.

**b. Ictum statue.** Effectūs ictuum simul statuuntur (v. EFFECTŪS ICTUUM).

**5. Vulnera statuere.** Vulnera ēlūde vel sarcī.

**6. Premere.** Preme ad alium impetum faciendum aut ad pugnam dirimendam.

**7. Exitus pugnae impetūs.** Chartās mitte “extrēmō pugnae impetū” dīcentēs.

## EFFECTŪS ICTUUM

**Ictus manū:** tot vulnera comminus tantum īnfert quot gradūs vīs ministrō tuō sunt.

**Vītāre:** ministrum vītantem eiusque possessiōnēs, clientibus tamen exceptīs, ab effectibus ictūs ministrī adversāriī et comminus et ēminus prōhibet.

**Pugnam dirimere:** ictus prīmum est semper statuendus, pugnamque statim et comminus et ēminus dirimit.

**Sanguinem surripere:** guttās sanguinis vel vītae ex adversāriō in ministrum īcentem trānsfert.